

VADE MECVM

Nota, quod homines nesciunt vti suis memo-
rijs, ad intelligendum, & ad inuestigandum, & ad
eligendum bona entia, & dimittendum mala, quæ
sunt contra naturam. Et quia nesciunt istas poten-
tias ipsarum rerum ponere in actualitatem, in arti-
ficio, quod est instrumentum illorum. Quapro-
pter scientiæ positiuæ, & non probatiuæ hebetant
intellectum, & ingrossant illum ne intelligant ne-
cessitates verorum entium. Et quia in tenebris sci-
entiarum falsarum et non veridicarum student,
et illis credunt qui loquuntur contra philosophiã.

Nota, natura non vult coarctari: Igitur
cum lentissimo igne separa sudorem suum, & me-
lius in retortis, Et fac vt habeas vnum de nostris
Mercurijs, cum forma aquæ albæ, quæ est ablutio
purgatio nostri lapidis, et totius nature. Hoc enim
est vnum de principalibus secretis artis & nature,
in qua rectificabis draconem, et proñcias a magno
deserto Arabiæ, quia statim periret siti, & pericli-
taretur in mari mortuo, vnde nunc scire potes ca-
lorem, magnum, paruū, & frigus. Reduc ergo ad
regionem Æthiopiæ, vnde naturaliter exiuit. Rur-
sus dicimus quod nō eū ducas ad terrã, quæ ipsum
portauit, statim enim omnis alia regio eū accedit.
Nota proprietas spiritus qui a corpore exiuit non
deuoret per nimis magnū calorem, quia non habe-
ret potestatem ducēdi suū corpus in illa media. Ideo

si o

*Destructio
spiritus.*